(37)

Exemplū lrāz C. M.tis ad Ser.mū Regem Catholicū in neg.o Conc.ij da-
tarū 25 Januarij 1563

Ferdinandus divina favente gratia clementia Celsus Rom. Imperator
semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Dalmatiæ, Croatiæ Sclavo
niæ &c Rex. Infans Hispaniar, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ &c Marchio
Moraviæ &c Comes Tirolis &c Ser.mo Principi Dño Philippo Regi Hispaniar,
utriusq Siciliæ, Hierusalem &c Regi Catholico &c Archiduci Austriæ, Duci
Burgundiæ &c nepoti et frī nrō charss.mo salutem ac benevolentiæ, omnisq fe-
licitatis continuum ac perpetuum incrementum. Sers.me Princeps nepos ac
frater chars.me Accepimus Ser.tis tuæ lrās die XX mensis superioris octobris
datas, quas et Ser.tis urǽ designatus ad Conc.m Orator Ill.s Comes de Luna suis
lrīs prosequutus est, transmisso ad nos summario instructionis quam Ser.tas V.
illi præscripsit, et inde facile cognovimus pium atq Catholicum Ser.tis V. animū
ac praeclarum studium iuvandi et erigendi lapsum ecc.æ Cath. statum, necnon
singularem prudentiam qua hoc neg.m tractandum suscepit quam quia plu-
rimi equidem facimus pro magnitudine rei prætermittere noluimus, quin
Ser.ti V. quid nos de quolibet arto sentimus amanter patefaceremus

Quod igitur Ser.ti V. in primo Conc.ij Decreto difficultas occurrit in verbis illis
Proponentibus Legatis &c quibus verendum putat Ser.tas V. ne R.mi legati
id agere voluerint ut hoc artificio Patribus novo exemplo adimerent facul-
tatem proponendi ea quæ Rei. Chr.næ necessitas postularet, si legatis ipsis dis-
plicuisset &c animadvertimus Ser.tem V. idem nobiscum sentire, quia nos
semper fuimus in ea s.ntiā quod non solum legatis Concilij sed Patribus
quoq, immo etiam nobis et alijs Chr.ni orbis regibus Principibus, Potentatibus
et Dnijs liberū esse deberet in Conc.o proponere quæ vel publica Christianitatis
utilitas suaderet, vel cuiusq Regni et provinciæ privata necessitas postu-
laret. Itaque factum est cum paulo post initium huius Conc.ij misissemus Ora-
toribus nris scriptum quoddam deliberatorium de artis nonnullis tum
reformationem, tum usum calicis et alia concernentibus, et ipsi Oratores nri

UGR Biblioteca Universitaria

id Legatis et Patribus iuxta mandata a nobis accepta proponere voluissent
Legati vero id nullo modo concedendum duxissent, quod nos nequaq. id
dissimulaverimus, quemadmodm Sertas V. ex adiunctis extractibus eorum quæ
ultro citroq. scripta fuerunt manifeste perspiciet siquidem ad libertatem
Conc. pertinere visum non est cum Patres tum etiam Christianæ Reip. potentatus, Reges, Principes et Dominationes ab omni prorsus facultate proponendi
in Conc.o exclusi. Quamobrem eo facilius etiamnum snîæ et proposito
Serhs V. adstipulamur, quod scilicet debita cum modestia a Rmis Legatis petenda sit expressa verborum illor. declaratio non dubitantes Sermos ac
Chrmu Franciæ et Portugalliæ Reges Serti V. eidem non defuturos esse
quor. deliberationem expectabimus mandata quoq. iam statim daturi
ad Oratores nros ut sese in petenda huiuscemodi declaratione, ac promovendis iis quæ ad libertatem Conc. et publicam utilitatem spectant cum
Sertis V. aliorumq. Regum et Principum Oratoribus coniungant
Ad hæc monebimus eosdem nros Oratores ut interea sicuti Sertas V. optat rem
dissimulent, et secretam teneant donec coniunctis inter omnes Consiliis unanimi consensu atq. conatu res suscipi queat

Et qm Sertas V. censet non nimis acriter urgendu esse negm reformationis
propterea quod vendicantibus Legatis sibi ipsis omnem proponendi facultatem
exiguus inde expectandus sit fructus non abre fore putamus quod Serti V.
animu nrm ingenue aperiamus, quod rei eius promovendæ hucusq. fuerimus
studiosissimi. quam certe eo conatu urgendam et promovendam suscepimus
ut quo ad eius unq. fieri posset omnibus tractatibus anteponeretur, misso ut
supradictum est ad Oratores nros scripto in quo plura reformationis capita
comprehensa erant Quod neq. Sertas V. nec quisq. alius nobis vitio vertet
si evidentem eius in S. Impo ac Regnis et diis nris hereditariis necessitatem
consideraverit, quæ tanta, et tam manifesta est, quod reformatione postposita frustra videatur ulla unq. expectari in religione unitas et concordia

dia, ubi tamen debitam semper adhiberi uolumus moderationem, ne quis arguere posset nos modestiæ fines excessisse, et intempestiuius uel importunius agendo progressum Conc.^ii impediuisse. Ser.^ti V.^ræ optatus effectus hucusque pijs uotis n̄ris non ex omni parte respondet, quia aliud obtinere non potuimus quod R.^mi Card.^les Legati polliciti sint se e prædicto scripto n̄ro extracturos particulatim quæ ibi congesta sint reformationis capita, et ea cōmodo quoque tempore Patribus proposituros. Quod ne postponatur ad præcauendam maiorem ab ecc.^a defectionem et extremum religionis Catholicæ in hisce Imperij ac Regnor. et Dnior. n̄ror. prouincijs interitum officij n̄ri Cæs. esse arbitramur, p.^tos R.^mos Card.^les interdum cōmonefacere, sed id egimus hucusque et acturi sumus posthac ita placide quod huiuscemodi frequentioribus monitis et interpellationibus n̄ris Concilij progressum minimè impeditum iri confidamus.

Neque uerò miramur quod Ser.^tas V. non eo quo nos animi feruore neg.^m reformationis hactenus urgere uoluerit, quia non ignoramus Regnor. Ser.^tis V. ac Imperij et n̄ror. regnor. et dnior. longe disparem esse rationem. Nam Ser.^tis V. regna et dnia sicuti persistunt adhuc in Cath. religione, ita diuina benignitate reformatione et emendatione in clero tantopere non egent, quo quidem nōie Ser.^ti V. beneuolè congratulamur, eique hanc felicitatem perpetuam esse desideramus.

Quod attinet ad instructionem Ser.^tis V. Oratori præscriptam cuius sūmariū nobiscum etiam Ser.^tas V. beneuolè cōicare uoluit nos pro mutua n̄ra arctiss.^a cōiunctione de ea quoque Ser.^ti V. paternum n̄rm iudicium significare non dubitamus.

Et inprimis ut uniuersaliter de ipsa instructione animi n̄ri sensū exprimamus nobis nihil occurrit quod mutatum uel emendatū in ea uelimus quia satis nobis cognita et spectata est Ser.^tis V. pietas et Cath. religionis studium, quæ ex hac instructione ita apparent, ut eam orā facturam, et Oratori suo imposterum quoque demandaturam sciamus quæ ad tuendam et conseruañ libertatē Conc.^ii et consequen. optatissimam in religione concordiam et unitatem spectant

Scimus maximam esse dissimilitudinem et diuersitatem inter sacrum Rom. Imp.
et Regna et dnia nra, ac illa regna et dnia quibus Sertas V. praeest, nec posse
negocia Regnor. et prouinciar. Sertis V. eodem semper modo tractari quo tracta-
neg. illor. quandoquidem aliud expedit his, aliud his. sed tamen nobis persua-
simum Sertem V. iis quae nos subinde pro comodo sacri Imperij et Regnorum d-
orumq. nror. in Conc. proposituri sumus nihil impedimenti exhibituram esse
quemadmodum neq. nos Ser. V. in illis quae comodum Regnor. suor. concernu-
quicq. negocij uel impedimenti exhibere cogitamus

Porro cum facile sit coniectura assequi quantu momenti allaturu sit ad rem in
Conc. prospere gerendam si qua ratio iniri posset componendae controuersiae quae
Ser. V. cum rege Chrmo de praecedentia intercedit nobis profecto ualde grata ac-
cidit Sertis V. pie et aequanimitas, quam contestatur in eo quod nolit ex sua parte
quicq. fieri siue prioris, et dignioris loci obtinendi gratia, siue alterius cuiuscu-
humanae gloriae causa progressum Concilij turbari seu impediri, et quod ab hone-
stis, et aequis rationibus ac medijs sopiendae in praesens illius controuersiae se non
abhorrere ostendat. et haec quidem uia ac ratio uidetur esse plane aequa et comm-
quae modo in medium adducta et proposita est opera Smi D. N. nimirum quod
Oratoribus regis Chrmi permittatur electio loci siue eius qui est ad latus Orato-
nror. imediatus seu post ipsos, uel alterius seu qui est ex opposito, et e conspectu
ipsor. Orator. nror. primus. Attamen arbitramur eum duntaxat comodam et
idoneam fore in publicis congregationibus et Sessionibus. sed quando uentum
fuerit ad processiones aut alios similes actus uehementer dubitamus
ne parum talis ratio expediat. ita ut magnopere cupiamus hac quoq. in parte
modum aliquem inueniri qui Sertis V. dignitati et existimationi satisfaciat
ut ois ma contentionis in praesenti Concilio praecidatur ne propter istiusmo-
controuersiam salus publica uniuersae Christianitatis diutius impediatur

Illud praeterea nobis beneuole probatur quod Sertas V. Oratori suo iniunxerit
ut cum nris Oratoribus et hominibus mutuam intelligentiam habeant, neq. uero
nos hucusq. praetermisimus idipsu nris Oratoribus frequentius inculcare
scientes id ad libertatem Conc. et res in Christianitate bene gerendas max. usui esse

In

In neg.º continuationis p̃ntis Conc.¹ nos uehementer cupimus eam quaestionem iam tandẽ esse sepultam nec amplius in disputationem uocari: Itaq, nobis ualde placet quod Ser.tas V. Oratori suo iniunxerit ut saltem ad finem usq, Concilij mentionem continuationis supprimat, et silentio praetereat.

De Indice siue Catalogo gnali librorum prohibitorum et non approbatorum sumus et in eadem cum Ser.te V. sententia quod hoc tempore ab huiuscemodi discussione librorum et operum facile supersederi queat

De saluo conductu gnali qui in Conc.º pro securitate illorum qui Catholicam religione non sequuntur concessus fuit, quem Ser.tas V. nimis laté patere arbitratur nos sane diffiteri non possumus quin ipsimet summo studio procurauerimus ut saluus conductus ille in amplissima forma expediretur

Verum id non eo cons.º a nobis factum est, ut pluribus haeresibus fenestram aperiremus aut officio Inquisitionis quod est in Hispanijs uel alijs cuiuscunq, Regni constitutionibus praeiudicium afferremus sed ut tanto facilius inducerentur Augustanae confessionis Ordines et sectatores quo et ipsi in Conc.º comparerent. Id quod ad consequen. felicem Conc.¹ exitum magnopere profecturam semper iudicauimus ex quo tanta contentione praeteritis annis conquesti sunt sibi de fide publica in proximé habitis concilijs non satis cautum fuisse Posteaq, uero iam satis constat illos in praesenti Conc.º non comparituros, non opus ẽ uidetur, quod de formula salui conductus usq, adeo simus amplius solliciti, aut nos Ser.ti V. in hoc arl.º opponamus

Porró articulum de residentia Epor, utrum ea sit de iure diuino, uel humano qui a certo tempore a Patribus in dubium et controuersiam uocatus ac sũma, cõtentione in alterutram partem disputatus est, etsi nos quoq, minus necessariũ hoc rerum et tempor, statu existimamus tamen noluimus huiuscemodi controuersiae et disputationi nos immiscere, aut eam uel promouere, uel impedire sed nobis expectandũ duximus quid Patres inter se deliberaturi et decreturi essent cui nr̃ae sententiae etiamnum inhaeremus

Ceter, quod Ser.tas V. dicto suo Oratori ulterius iniungit ut sedulo obstet et pro

UGR Biblioteca Universitaria

videat ne Conc.m vel prorsus abrumpatur vel praecipitetur, propter rationes in Ser.tis V. instructione allegatas nos optime factum censemus, et Oratoribus nris idem hucusq. iniunximus

Atque haec quidem sunt quae in hoc publico neg.o candide et amanter cum Ser.te V. coicare voluimus. Ser.tem V. quod reliquum est rectissime valere optantes Dat.